

pellii possit, et à quo convenitur, et an hodie jure regni hæc coactio necessaria sit, an verò hæreditas statim transeat ad substitutum fideicommissarium, ibidem in n. 12.—si sit hæres in plus quam recepit, an gravamen teneat, et quando n. 5 l. 5 per text. ibi, tit. 9 part. 6.—emere, si dominus vendere sibi nolit, an per hoc liberetur, an verò expectare debeat usque dum vendere velit, n. 9 l. 6 tit. 9 part. 6.—Et an testator possit aliquem gravare, ut talem sibi hæredem instituat, n. 1 l. 7 tit. 9 part. 6.—Gravatus si sit pater restituere filio, quando ad istam restitutionem tenetur, n. 1 l. 8 t. 9 part. 6.—hæres, an et quando, et qualiter, et in quibus rebus Trebellianicam deducere possit, et quid si fructus hæreditatis percepit, vel si sit de liberis testatoris, et alia, gloss. l. 8 per text. ibi, tit. 11 part. 6.—restituere, cogitur adire, n. 2 l. 25 tit. 51 part. 5.

GRASSATORES, qui dicantur, et de eorum pœna, et in quo à furibus et latronibus differant, n. 5 l. 18 tit. 14 part. 7, et n. 6 ibi, et 8.

GRAVIOR causa qualis, et ex quibus esse dicatur, n. 5 l. 10 tit. 14 part. 5.

GRAVIS injuria verbalis quæ dicitur, ut ex ea, filius à patre exhæredari possit, num. 4 l. 4 tit. 7 part. 6.—injuria perpenditur, etiam ex qualitate pœnæ, dict. n. 4 dict. l. 4.

GREX ex quo numero ovium fiat, et de pœna furantis gregem, gloss. l. 19 per text. ibi, tit. 14 part. 7.—Et qualiter dominus teneatur pro damno suæ gregis, quod datum fuit in agro, vel fundo alieno, et qualiter damnum istud æstimabitur, et qualiter æstimetur frumentum, quod adhuc erat in herba n. 1 cum aliis ibi, l. 24 t. 15 p. 7.—Grex requirit decem oves, aliàs non dicitur grex, n. 2 l. 35 t. 6 p. 5.—vendita, si una ovis evincatur, an venditor teneatur de evictione, dict. n. 2 dict. l. 35.—si perdat sine culpa pastoris, ipse ad damnum non tenebitur, et quando, et qualiter hoc probetur, gloss. l. 15 t. 8 p. 5.—si sit sub hoc nomine in dotem à muliere marito data, et aliquis præmoriatur, an maritus de postea natis alia supponere teneatur, et quid si non sub nomine gregis, sed numeri dentur, puta triginta, n. 2 l. 21 tit. 11 part. 4.—Et quid si non nascuntur, an de illis gregem supplere debeat, et quando ad hoc teneatur, ibidem in n. 4.

GUBERNATORES, et judices perpetui locorum, qui ibidem habent præminentiam, largo modo dicuntur domini ulius terræ; et an teneantur damna resarcire, si in itineribus aliqui spoliuntur, et quando, n. 7 et 8 l. 4 t. 7 part. 5.

GULA quæ damna secum adferatur gloss. fin. per text. ibi, tit. 5 part. 2.

## H

HABEAT verbum non significat ipso jure, et de hoc n. 2 quest. 4 post princ. l. 55 tit. 5 p. 5.—Habentes hypothecam præferuntur omnibus habentibus privilegia personalia, n. 5 l. 9 tit. 5 part. 5.

HABENS possessiones in territorio unius civitatis, si ipse civis est alterius civitatis, an ligetur statutis factis in lo-

co, ubi illas possessiones habet, n. fin. l. 15 tit. 4 p. 4.—jus sepeliendi in aliquo loco, si per pecuniam promittat extraneo, ut ibidem sepeliatur, committit simoniam, n. 4 in fin. l. 1 tit. 15 part. 1.—Habentes terras à Rege tenentur cum eo ire ad bellum, et si tempore dationis non fuerit dictum, n. 15 l. 5 tit. 15 part. 2.—furcas erectas per triginta annos, licet ibidem nullus suspensus fuerit, quia casus non evenit, tantum per hoc ostenditur quòd dominus loci habet in eo mixtum et merum imperium, n. 8 l. 15 tit. 51 part. 5.—Habitatio per maritum uxori relicta, an ipse ibi habitare possit cum secundo marito, n. 1 l. 21 tit. 51 part. 5.—Et quid si civis unius loci velit simul in alio habitare, quid de possessionibus facere possint, n. 4 l. 26 tit. 51 p. 5.—Habitatio qualiter differt ab usu et usufructu; et an jus habitandi perdat maxima vel media capitis diminutione, et qualiter, quæ sumitur tribus modis, de quo per n. 1 l. 27 tit. 51 part. 5.—habitoribus excepta in venditione domus, qualiter istud intelligatur, ibidem.—Et quid si legetur quantitas ad habitationem, quo tempore debeat solvi pensio, ibidem.—Et qui si legatarius habitationis decedat infra annum, an transmittat legatum illius anni ad hæredem, ibidem.—Habitatio simpliciter relicta clientulo, vel servitori, qui antea habitabat, qualiter debeat intelligi, ibidem.—debet dari illo, cui alimenta relicta fuerunt, n. 6 l. 2 tit. 19 part. 4.—et an in habitatione pluribus relicta, sit locus jure accrescendi inter eos, n. 6 l. 55 t. 9 p. 6.—Habitu Religionis assumentes ad repræsentationem faciendam, vel alterius ludi causa, an cogantur permanere in tali Religione, vide n. 1 l. 56 t. 6 p. 1.—Habitus laicalis à clerico in minoribus ordinibus constituto delatus, facit illum perdere privilegium clericale, n. 5 l. 49 t. 6 p. 1.—Habitu Religionis in religioso, an sit de justitia ipsius Religionis, n. fin. l. 3 tit. 7 part. 1.—Habitu, et talis quis præsumitur, qualis in habitu reperitur, n. 2 l. 18 per text. ibi, tit. 9 part. 7.

HEBRÆI unde dicantur, n. 2 l. 1 tit. 24 part. 7.

Hæreditas.

Jacens.

Adita.

Dividitur.

Ad diem, vel ex die, vel sub conditione.

Applicatur.

Aufertur, vel admittitur.

Repudiatur.

Adimitur.

HEREDITAS si vacet, an in ea locum habeat, t. D. *pro derelicto*, ut fiat occupantis, n. 1 l. 49 tit. 28 part. 5.—an pertineat ad monasterium, quando fuit institutus ab aliquo monachus fugitivus, qui in habitu laicali incedebat, credens ipse qui illum instituerat, quòd erat laicus, et sic errando in qualitate personæ, n. 4 l. 10 t. 2 part. 4.—ad quem pertineat, si instituat hæres damnatus in metallum, vel deportatus, et sic quando habetur pro non scripta institutio, n. 1 l. 4 ibi.—quibus applicetur, quando testator unum tantum hæredem in suo testamento fecit, et ipsum instituit in re certa tantum, n. 3 in princip. l. 14 tit. 5 part. 6.—an debeatur

hæredi, quando institutio facta fuit ad diem, vel ex die, sublata vel non sublata die, n. 1, 2 et 6 l. 15 tit. 5 p. 6.—Et quid si sunt plures instituti, unus ad certum tempus, alius usque ad aliud, et quid si unus institutus usque ad Pascha, et nullo alio instituto hærede, prohibuit expressè quòd sic institutus amplius non esset hæres ad diem, seu tempus, ibidem.—Et quid si testator in pœnam hæredis scripti post tempus alium instituat hæredem, an tatis institutio valeat, dict. n. 1 quest. 2.—Hæreditas cui applicetur, si testator ad certum tempus aliquem hæredem instituit, et post illum tempus alium non fecit hæredem, ibid. in fin.—dari potest ex die incerta sicuti sub conditione, ex die autem certa non, ibid. n. 2.—an possit ad filium spurium, vel incestuosum pervenire, quando fuit institutus in tempus capacitatis, n. 7 l. 19 tit. 5 part. 6.—Et an interim quòd est capax dicatur habere bonorum possessionem, tamquam institutus sub conditione, et possit bona administrare tanquam curator, ibidem.—Hæreditas si deveniat ad filium, an ipse ad gabellam tenebitur, si ex statuto de quacumque nova successione debeatur, n. 4 l. 21 ibi.—Hæreditatem amittit hæres, ex eo scilicet, quòd conditionem impossibilem de jure adimplevit, n. 7 l. 3 tit. 4 part. 6.—Hæreditas an debeatur instituto sub potestativa conditione, si per eum non stetit, quominus illam adimpleret, n. 12 et l. 14 ibi.—hodie statim vadit ad substitutum fideicommissarium, si institutus hæres adire noluerit, neque alia coactio judicis est necessaria, sicuti antiquitus requirebatur, n. 12 l. 14 tit. 5 part. 6.—si deferatur alicui, potest ipse petere tempus ad deliberandum, utrum adeat, vel non, et quid in monacho hærede instituto, n. 6 l. 1 t. 6 p. 6.—data monacho, Abbas illam acceptare, vel adire tenetur, dict. n. 7 dict. l. 1.—Et idem si deferatur servo, ibi.—Hæreditas an debeat esse penes hæredem, pendente dilatione sibi ad deliberandum data, n. 1 l. 4 ibi per illum text.—etiãsi sit locupletissima, hæres non potest conveniri interim quòd facit inventarium, n. 1 l. 7 ibi per illum text.—Et quando sic, ibi in n. 2.—Hæreditas si non est solvendo, an possit hæres detrahere quartam Falcidiam, n. 11 ibi per text.—et quibus verbis factis, vel signis ab hærede adita videatur, et ex quibus, et quando non, gloss. l. 11 et 12 per text. ibi, tit. 6 part. 6.—et quid si non essent creditores, vel legatarii à quibus cohæres vexari possit, ibi in n. 11.—Et quid si à cohærede factum sit inventarium, an tunc cohæres liberetur si noluerit acceptare partem sui cohæredis, ibidem.—Hæreditas patris hæretici, an ad catholicos filios devenire possit, n. 2 l. 7 per text. ibi, tit. 7 part. 6.—fratris, qui fratrem suum occisit, ad quem pervenire debeat, ibidem.—Et an hæres in foro conscientie teneatur fisco, vel incapaci restituere, vel sibi retinere, dict. n. 24 dict. l. 15.—Et an ille, qui tacitam fidem accommodavit in uno nummo, videatur indignus ab omni hæreditate, ibidem n. 25.—Et quid si testator sit clericus, hæres verò, qui restituit sit laicus; cui fisco bona applicentur, an ecclesie vel Regi, ibidem.—an debeatur incapaci ab aliquo hærede instituto, quando ipse defectum suum detegit, et coram quo illud deferre teneatur,

et quid si sit totaliter ut incapax, n. 1 et 2 l. 14 per text. ibi, tit. 7 part. 6.—Et an in hæreditate inter conjunctos conjunctione legali locus sit juri accrescendi, n. 6 l. 35 tit. 9 part. 6.—Hæreditas in codicillis dari non potest, et quid si detur, n. 1 l. 2 per text. ibi, tit. 12 part. 6.—si ab aliquo evincatur, quales fructus hæredi restitui debent, gloss. l. 4 per text. ibi, tit. 14 part. 6.—Et an, et quando fructibus consumptis possessor, qui hæreditatem restituit, teneatur ad æstimationem, n. 2 dict. l. 4.—Et in hæreditatis petitione, quod tempus inspicere debeat, ut cognoscatur, an quis sit factus locupletior, ibi in n. 5.—Et quales expensas restituens hæreditatem deducere possit, ibi n. 5 dict. l. 4 per illum text.—Et quæ à possessore hæreditatis restitui debeant, quando fuit restituere condemnatus, gloss. l. 5 ibi per illum text.—Hæreditas si à malæ fidei possessore possideatur, omne periculum ad eum spectat, num. 2 cum aliis ibi, l. 6 tit. 14 part. 6.—Et an petitione hæreditatis præscribatur per decem annos, n. 1 l. 7 per text. ibi, tit. 14 part. 6.

HEREDITAS JACENS, hæreditate jacente continuatur præscriptio, etiam sine possessione, n. 2 l. 29 tit. 29 part. 5.

HEREDITAS ADITA, Hæreditas an possit adiri per surdum, vel mutum, n. 1 in principio, l. 2 tit. 11 p. 5.—an possit adiri per adultum, non habens curatorem, n. 5 l. 4 tit. 11 part. 5.—an à patre adita videatur nomine filiorum, quando retinuit dotem uxoris suæ ea mortua, n. 4 l. 46 tit. 14 part. 5.—an debeat adiri ab intestato, vel legata in testamento facto sine hærede relicta debeantur, n. 1 in princ. tit. 5 part. 6.—non adita ad hæredes non transmittitur, n. 6 post princ. l. 15 tit. 5 part. 6.—si adeatur, an hoc vulgaris substitutio expiret, et quid in militari substitutione, et quid si sint plures hæredes, et unus ex eis tantum adivit, n. 1. et 2 l. 4 tit. 5 part. 6.—perpetuo adiri et transmitti potest per hæredem, qui est de liberis testatoris, etiãsi sit ignorans, et quid in hærede extraneo, n. 7, 8, 9 et 10 l. 2 per illum text. ibi, tit. 6 part. 6.—an videatur adita per hæredem, eo ipso, quòd res aliqua ipsius hæreditatis vendidit, et quando non, num. 2 l. 5 per text. ibi, t. 6 part. 6.—an prius adiri debeat, quàm hæres possit facere inventarium, et an per hoc videatur illam acceptare, n. 5 l. 5 ibi.—si ab hærede solo animo adita sit, an obliget hæredem in foro animæ ultra vires hæreditarias, n. 1 in princip. tit. 8 p. 6.—per servum adiri non potest sine domino, et an ipsius ratihabitio si fiat, vel simul agnoscant, vel repudient, n. 4 l. 15 tit. 6 part. 6.—si sit filio alicujus relicta, an ipse adire possit eam, vel ejus pater; et quid si filius sit furiosus, vel absens, ibi n. 5, 6, 8, 10, 12 et 13.—si sit furioso relicta, pater vel ejus curator illam adire poterunt, n. 14 dict. l. 15.—si sit infanti delata, quis eam adire possit, et quid si ipse patrem vel curatorem non habeat, et an illa transmittatur, ibi in n. 16.—filio alicujus infanti relicta ab ejus patre adiri potest, etiãsi infante vivente nondum adita sit, et qualiter hec procedat, ibidem n. 19.—Et quid in pupillo vel alio minore, ibi in n. 21, 22 et 23 per illum text. ibi.—Et an in additione hæreditatis

judicis auctoritas suppleat defectum tutoris, dict. n. 22. — Et an filiusfamilias minor possit per se, et sine tutore vel iudice, hæreditatem adventitiam acceptare, si ejus pater noluerit illud facere, ibidem. — Et quid si adeundo læsus sit, an sine eo, quod ostendat in quo fuit læsus, detur ei in restitutio integrum, ibidem in n. 24. — Hæreditas adiri non potest interim, quòd hæres certus non est de morte testatoris, et quando ita etiam dicatur, n. 1 l. 14 tit. 6 part. 6, per illum text. — purè et sine conditione adiri debet; et quid si in minore parte vel in majori adierit, an totam partem sibi relictam adisse credatur, n. 1, 2, 3, 4, 5 et 6 ibi. — an et quando possit adiri per procuratorem, n. 6, 8 et 9 l. 15 per illum text. ibi. — an possit adiri per venientes ab intestato quando testator decessit sine testamento, relicto posthumo, n. 1 l. 16 ibi. — Et quid si posthumus sit cum alio hæres institutus, an tunc ejus cohæres adire possit, et pro qua parte, ibid. — Et quid si testamentum fecit, illum tamen præteritum, vel hæredavit, vel si sciebat uxorem suam prægnantem, n. 1 et 2 ibi. — Et quid si unus ex cohæredibus adivit partem suam, alius vero suam partem repudiavit, an ille qui adivit, debeat compelli, ut partem cohæredis repudiantis acceptet, et quid si acceptans sit substitutus cohæredi repudianti, n. 8, 9 et 10 l. 28 t. 6 part. 6. — Hæreditas et quando possit repudiari jure consanguinitatis, et adiri ex testamento, vel contra, gloss. l. 19, et n. 1 l. 18 tit. 6 part. 6. — nondum adita repudiari non potest, et fieri potest per pactum, n. 4 dict. l. 19. — si non adeatur ex testamento, an exhæredatio teneat, et quid hodie stante l. Ordinamenti, n. 2 et 3 l. 2 tit. 7 p. 6. — non potest adiri ex testamento, in quo fuit præteritus filius, etiamsi ipse taceret per annum, n. 3 l. 10 t. 7 p. 6. — an prius adiri debeat, quàm possit querela inofficiosi testamenti intentari, n. 3 l. 4 t. 8 p. 6. — relicta sub aliqua turpi, vel inhonesta conditione, potest adiri, licèt conditio non impleatur, n. 7 l. 52 per text. ibi, t. 9 p. 6. — si non adeatur an verum dominium transeat ad legatarium, n. 3 l. 54 ibi. — an debeat adiri, ut legata peti possint, n. 1 l. 48 per text. ibi, t. 9 p. 6. — defuncti, an prius adiri debeat, quàm executores ab eo dati voluntatem suam adimplere possint, n. 2 et 4 l. 9 t. 10 part. 6. — si ab hærede adeatur, an statim sine traditione rerum hæreditariarum dominium ad eum transeat, n. 3 l. 1 t. 14 part. 6. — Et an adita hæreditate ab hærede, etiamsi sit ecclesia, statim transeat rerum hæreditariarum possessio, dict. n. 5. — Hæreditas si non possit adiri ex secundo testamento, an primum revocetur, n. 1 l. 21 tit. 4 part. 6. — data monacho, an Abbas illam acceptare, vel adire teneatur, n. 7 l. 1 t. 6 part. 6. — Et idem si deferatur servo, ibidem. — Hæreditas hodie statim vadit ad substitutum fideicommissarium, si institutus hæres adire noluerit, neque aliqua coactio iudicis est necessaria, sicuti antiquitus requirebatur, n. 12 l. 14 tit. 5 part. 6. — ex quibus verbis, factis, vel signis, ab hærede adita videatur, et quando non, gloss. l. 11, et l. 12 per text. ibi, tit. 9 part. 6. — si per minorem adeatur, et ei sit damnosa, an et quando adversus suam aditionem se restituere possit, et quid ipse minor, qui adivit, probare teneatur, et quæ prius debeant consi-

derari, n. 1 l. 7 per text. ibi, tit. 19 part. 6. — Et qui tunc citandi sint, et an sufficiat generalis proclama, et quid tunc iudex facere debeat, n. 2 et 3 dict. l. 7 t. 19 part. 6.

**HÆREDITAS DIVIDITUR**, et hæreditas si per testatorem dividatur per partes, qualiter hoc fieri potest, et in quas partes, n. 1 l. 16 per text. ibi, tit. 3 part. 6. — an debeat dividi ad petitionem cujuslibet hæredum, licèt prodigus, minor, vel ecclesia sit illud petens, n. 1 l. 2 tit. 13 part. 6. — si inter hæredes dividatur, penes quem privilegia et instrumenta esse debeant, n. 1 l. 7 per text. ibi, tit. 13 part. 6. — si dividatur inter hæredes, an ipsi ad invicem de evictione cavere debeant, n. 1 et 2 l. 9 per text. ibi, tit. 13 part. 6. — ad beneplacitum iudicis inter hæredes dividi debet, et qualiter; et quid si commodè dividi non potest: et alia in hoc vide per gloss. l. 10 tit. 13 part. 6, per text. ibi.

**HÆREDITAS AD DIEM**, vel ex die, vel sub conditione: hæreditas an debeat heredi, quando institutio facta fuit an diem, vel ex die, sublata vel non sublata die, n. 1, 2 et 6 l. 13 tit. 5 part. 6. — Et quid si plures instituti, unus ad certum tempus, alius usque ad aliud; et quid si unum instituit usque ad Pascham, et nullo alio instituto hærede prohibuit expressè, quod sic institutus amplius non esset hæres ad diem, seu ad tempus, ibidem. — Et quid si testator in pœnam hæredis scripti post tempus alium instituat hæredem, an talis institutio valeat, num. 1 quæst. 2 l. 13 tit. 5 part. 6. — Hæreditas cui applicetur, si testator ad certum tempus aliquem hæredem instituit, et post illud tempus aliud non fecit hæredem, ibidem. — dari potest ex die incerta, sicuti sub conditione, ex die autem certa non, ibid. n. 2. — filio spurio vel incestuoso relicta in tempus capacitatis, an institutio teneat, vel non, n. 7 l. 19 tit. 5 part. 6. — Et an interim quòd est capax, debeat habere honorum possessionem, tamquam institutus sub conditione, et an possit bona administrare, tamquam curator bonorum, ibid. — Hæreditatem an amittat hæres ex eo, scilicet quòd conditionem impossibilem de jure adimplevit, n. 7 l. 3 tit. 4 part. 6. — Hæreditas an debeat institui sub potestativa conditione, si per eum non stetit, quominus illam adimpleret, n. 1 et 2 l. 14 t. 4 p. 6. — relicta mulieri, ea scilicet conditione, ut cum aliquo matrimonium contrahat, si illud ipse facere nolit, an illam habeat, n. 3 dict. l. 14 tit. 4 part. 6. — Et an ipse nolens pœnitere possit, ibidem in n. 6. — Et quid si conditio illa casualis in totum, vel in parte aliquo casu fortuito defecerit, ibid. in n. 4. — Et quid in legato libertatis, vel ad pias causas, vel alimentorum, dict. n. 4. — Et quid si à tertio impediatur, ibidem. — Hæreditas purè et sine conditione adiri debet, et quid si in minori parte vel in majori adierit, an totam partem sibi relictam adivisse credatur, n. 1, 2, 3, 4, 5 et 6 l. 14 per text. ibi, tit. 6 part. 6.

**HÆREDITAS APPLICATUR**: Hæreditas quibus applicetur, quando testator unum hæredem tantum in uno testamento fecit, et ipsum instituit in re certa tantum, n. 3 l. 14 tit. 3 part. 6. — cui applicetur, instituatur hæres damnatus in metallum, vel deportatus, et sic quando

habetur pro non scripta institutio, n. 1 l. 5 tit. 3 p. 6. — cui applicetur, si testator ad certum tempus aliquem hæredem instituit, et post illud tempus alium non fecit hæredem, n. 1 l. 13 tit. 5 part. 6. — an possit filio spurio vel incestuoso applicari, quando fuit institutus in tempus capacitatis, n. 7 l. 19 tit. 5 part. 6. — Et an interim quòd est capax, debeat habere honorum possessionem tanquam institutus sub conditione, et possit bona administrare tanquam curator, ibidem. — Hæreditas si applicetur filio, an ipse ad gabelam tenebitur, si ex statuto de quacumque nova successione debeat, n. 4 l. 24 tit. 5 part. 6.

**HÆREDITAS AUERTUR**, vel admittitur vel tollitur. Hæreditas non potest filio auferri per patrem sine causa, quæ exprimi debet, n. 2 l. 23 tit. 1 part. 6. — si ab hærede indigno auferatur per testatorem, an et quando applicetur fisco, n. 5 cum aliis ibi, dict. l. 23 et gloss. l. 26, 27 et 28 tit. 1 part. 6. — an à servo alicujus instituto auferenda sit, quando ejus dominus testatorem impedivit, ne mutet voluntatem suam, gloss. dict. l. 28 per text. ibi. — Et an tunc hæreditas deveniat ad hæredes ab intestato vel ad fiscum, n. 4 ibidem per illum text. in dict. l. 28 tit. 1 part. 6. — Hæreditas si auferatur ab incapaci, an in ea succedat substitutus, vel venientes ab intestato, vel fisco, n. 4 l. 22 tit. 5 part. 6. — Hæreditatem an amittat hæres, ex eo scilicet, quod conditionem impossibilem de jure adimplevit, n. 7 l. 5 tit. 4 part. 6. — Hæreditas an ab hærede auferatur tanquam ab hærede, quando præstita cautione de aliquo non faciendò, illud fecit, cum esset sibi à testatore probabitum, n. 8 l. 7 tit. 4 part. 6. — est auferenda filiis, quando non procurarent patrem suum furiosum, n. 9 l. 5 tit. 7 part. 6. — ab hærede tollitur, quando necem defuncti non vindicavit; et quid si non appareat occisor, vel hæres ignoravit, n. 4, 2 et 3 l. 13 tit. 7 p. 6. — Et an sufficiat quod hæres accusationem proponat, alio non expectato, ibid. in n. 5. — Et quid si occisores sint de familia, vel extranei, an ante vindictam hæres hæreditatem adire possit, et quando dict. n. 5 et 6 ibid. — Hæreditas auferatur ab hærede, si ipsemet occidat testatorem, et in aliis casibus, n. 8 in medio, et ibi, n. 12 et 15 per text. ibi, d. l. 13 t. 7 p. 6. — licèt ab hærede indigno per fiscum auferri possit, interim tamen quòd illud non fit, ipse est hæres effectualiter, et exercet actiones hæreditarias, d. n. 12. — ab hærede tollitur per fiscum, quando promissit illam incapaci restituere; et quando istud locum habet, n. 21, 22 et 24 dict. l. 13. — Et ex quibus colligatur fuisse alicui relictam sub ista fraude, dict. n. 21 cum aliis ibi. — Et an hæres in foro conscientie teneatur fisco, vel incapaci restituere, vel sibi retinere, dict. n. 24 dict. l. 13. — Et an ille qui tacitam fidem accommodavit in uno nummo, videatur indignus ab omni hæreditate, ibid. in n. 25. — Et quid si testator sit clericus, hæres vero qui restituit sit laicus, cui fisco bona applicentur, an ecclesie, vel Regis, ibid. in dict. n. 25 dict. l. 13 tit. 7 p. 6. — Hæreditas aliquando ab indigno tollitur, etiamsi necem defuncti non vindicaverit, et quando, gloss. l. 13 per text. ibi, tit. 7 part. 6. — licèt ab indigno auferatur,

non tamen semper applicatur fisco, n. 2 l. 17 per text. ibi, tit. 7 part. 6. — quæ ab hærede indigno auferatur, cui primo applicetur, n. 7 l. 10 per text. ibi, t. 13 p. 6.

**HÆREDITAS REPUDIATUR**, et hæreditas si ab hærede repudietur, qualia bona hæres restituere tenebitur, et qualia non, et an donationes, n. 2 l. 4 tit. 6 part. 6. — Et qui, etiamsi in alicujus hæreditate succedant, ad confectionem inventarii non teneantur, n. 1 et 2 l. 5 t. 6 p. 6. — Hæreditas simpliciter repudiata, videtur repudiata, tam ex testamento, quàm ab intestato, n. 1 l. 18 t. 6 p. 6. — Et quid si unus ex cohæredibus partem suam adivit, alius vero partem suam repudiavit, an ille qui adivit, debeat compelli ut partem cohæredis repudiantis acceptet; et quid si ipse acceptans sit substitutus cohæredis repudiantis, num. 8, 9 et 10 dict. l. 8. — Hæreditas à filio suo, vel emancipato repudiata, intra quantum tempus recuperari possit pœnitendo, n. 2 l. 20 tit. 6 p. 6. — Et quid si major viginti quinque annorum sit, et repudiat intra vigesimum nonum annum, an et possit postea intra triennium pœnitere, n. 4 ibidem. — Hæreditas an possit repudiari per hæredem, et acceptare possit legatum, num. 1 l. 2 per text. ibi, tit. 9 part. 6.

**HÆREDITAS ADMITTITUR**, et hæreditas neque dari neque adimi potest in codicillis, n. 1 l. 2 tit. 7 part. 6. — Et quid si facta exhæredatione in codicillis, codicilli testamento confirmantur, an datio, vel ademptio teneat, dict. n. 1. — Hæreditas an possit adimi voluntate nuda sine solemnitate, et quid in legatis, num. 13 l. 13 tit. 7 part. 6.

**HÆRES.**

Convenitur.  
Clerici.  
Faciens, vel non faciens inventarium.  
Furis, vel latronis.  
Socii, vel societatis.  
Gravatus, vel gravatur.  
Mariti.  
Donatoris, vel depositarii, commodatarii.  
Judicis.  
Artificis, vel officialis.  
Procuratorum, vel tutorum.  
Succedens in emphyteusi.  
Indignus, vel incapax.  
Servus deportati, vel

damnatus.

Hæreticus, vel Judæus.  
Institutus, vel instituitur purè, ad diem, vel sub conditione.  
Cogitur, vel coactus.  
Habens tempus exercitandum.  
Detrahit, vel non Falcidiam, vel Trebellianicam.  
Adit, vel repudiat hæreditatem.  
Legatarii.  
Accipit, vel mittitur in possessionem.  
Dividit, vel petit divisionem.

Hæres an, et quando teneatur adimplere votum defuncti etiam ultramarinum, n. 4 l. 9 tit. 8 part. 1. — an teneatur redimere votum defuncti pro subsidio terræ Sanctæ, quando defunctus nihil ei dixit, vel propter hoc illi leget, ibid. in n. 5. — perficiens præscriptionem à defuncto inchoatam, sibi acquirit rei vindicationem, non hæreditati, n. 10 l. 2 tit. 13 part. 2. — constituentis majoriam, an teneatur solvere pretium rei à constituyente emptæ, ut sit in majoria, quando ipse morte præventus pretium solvere non potuit, an vero ille, qui ad majoriam fuit vocatus, n. 1 l. 4 tit. 13 part. 2. — captivi